


DE

COLONIAE VICTRICIS TARRACONAE

NVMMO.



ALEXANDRI XAVERII
PANEL,

E SOCIETATE JESU PRESBYTERI,
REGIIS INFANTIBUS A STUDIIS, REGI CATHOLICO
A NUMISMATUM THESAURO.

DE
COLONIAE TARRACONAE
NUMMO

Tiberium Auguſtum, Juliam Auguſtam Caeſaris
Auguſti filiam, Tiberii uxorem, et Druſum
Caeſarem utriuſque filium exhibente.



ILLIBERI,

Apud Franciscum Alos, Typographum.
M DCC XLVIII.
Cum Permiſſu.

DISSERTACION
SOBRE
UNA MEDALLA
DE LA COLONIA DE TARRAGONA,

que repreſenta

A Tiberio Auguſto, à Julia Auguſta hija de Ceſar Auguſto, muger de Tiberio, y à Druſo Ceſar ſu hijo.

Eſcrita

Por el P. ALEXANDRO XAVIER PANEL, de la Compañia de Jeſus, Maeſtro de los Sereniſsimos Infantes de Eſpaña, y Intendente de el Theſoro Real de Medallas.

Traducida

Por el Doct. D. BUENAVENTURA GARCIA, Presbytero, Abogado de los Reales Conſejos, &c.

Con Laminas.





EN COLIBRE,

Año M DCC XLVIII.

Con las Licencias neceſſarias.

ILLUSTRISSIMO VIRO
D. D. * * * * *
Alexander Xaverius Panel è Soc. J. S. P.

NAE tu minùs officiosus, officiosè minùs ego quoque pace tuâ dixerim, Vir Illustrissime, qui, quem Oedippo dignum reris, nummum tamen mihi proponis interpretandum. Quasi verò, quod tuam in omnibus vel difficillimis rebus extricandis probatam feliciter dexteritatem effugere dissimulas, obvium sit mihi atque facile. Uno mei in te obsequii nomine velim tu de me existimes, ego de te benè mereri.

Est ex aere mediocri numisma propositum; obvium quidem, mutilum tamen, et levi tantùm manu descriptum ab eruditiss. Ant. Augustino, Dialog. VII; restitutum autem ab Ant. Augustini Italo Interprete, Octaviano Sada, pag. 206; at suâ quoque defraudatum ibidem in-

AL EXC.MO SEÑOR

* * * * *

Alexandro Xavier Panel de la C. de J.

Ex.mo Señor.

PErmitame V. E. el decirle quan poco favor se digna hacerme, pidiendome la interpretacion de una Medalla, que V. E. mismo juzga digna de un Edippo, como si fuera facil, y llano à mi, y arduo, y dificil à la alta comprehension de V. E. tan felizmente acreditada en los mas intrincados assumptos. Esta es, Señor, una sensible prueba de la destreza de V. Ex. en el arte de dissimular los propios talentos; pero sea como fuere, voy à condescender con su voluntad, aspirando solo al merito de complacerle.

La Moneda propuesta, es de mediano bronce, comun à la verdad, pero roìda en parte, y no mas de superficialmente descrita por el erudito D. Antonio Agustin, en su Dialog. VII. Y aunque restituìda por su Traductor Italiano Octaviano Sada, pag. 206; pero defraudada de su expli-

ca-

interpretatione. Quae quidem interpretatio nulla est apud Patinum, pag. 57; et ad rem non pertinet apud Vaillantium, *Colon.* pag. 119. Quid enim isti Hispano numismati commune cum fortuita Liviae adversa valetudine? Ut ut sit, ita se habet nummus, de quo tu meam, Vir Illustrissime, sententiam rogas.

TI CAES AVG PONT MAX TRIB POT. *Tiberius Caesar Augustus Pontifex Maximus Tribuniciâ Potestate.* Tiberii capite laureato sinistrorsùm converso.

IVLIA AVGVSTA DRVSVS CAES TRIB POT. *Julia Augusta, Drusus Caesar Tribuniciâ Potestate.* Capitibus adversis, Juliae, dextrorsùm; Drusi, juvenilis et annorum circitèr quinque suprà viginti, sinistrorsùm conversis. In area, litteris dispersis, C V T. *Colonia Victrix Tarraco. Lam. I. Num.* 1.

II. Juliam Augusti filiam in hoc exhiberi nummo negas, Vir Illustrissime; quippe quae suorum propter morum corruptelam à patre in exilium acta, rerum omnium inopiâ et fame extincta est eodem ipso, quo Caesar Augustus,

anno;

cacion. La que dà Patino, pag. 57. es nula; y la que dà Vaillant, *Colon.* pag. 119. impertinente; porque, què tiene que vèr esta Moneda Española con la casual indisposicion de la salud de Livia? Sea como fuere, esta Moneda, que V. E. quiere que yo explique, es como se sigue.

Representase en ella la cabeza de Tiberio Cesar Augusto, coronada de laurèl, mirando àcia la izquierda, con este epigraphe: TI CAES AVG PONT MAX TRIB POT. *Tiberius Caesar Augustus Pontifex Maximus Tribuniciâ Potestate.* Tiberio Cesar Augusto Pontifice Maximo con la Tribunicia Potestad. En el reverso hay dos cabezas encontradas, una de muger buelta à la derecha, y otra de varon joven, y al parecer de 25. años. Junto à la una se lee al rededor, DRVSVS CAES TRIB POT. *Drusus Caesar Tribuniciâ Potestate.* Druso Cesar con la Tribunicia Potestad; y junto à la otra, IVLIA AVGVSTA. En el campo de la Medalla hay estas letras, C V T. *Colonia Victrix Tarraco.* Tarragona Colonia Vencedora. *Lam.I. N.1.*

II. No se persuarde, ò no se puede persuadir V. E. que sea Julia hija de Augusto, la que representa esta Medalla, porque desterrada por su padre à causa de la liviandad de sus costumbres, pereciò de hambre, y de necessidad por

yo-

anno; Tiberio tandem, ubi primùm ad Reipublicae gubernacula ſedit, ita volente.

Nihil praetereà neceſsitudinis interceſsit Juliam inter et Druſum Tiberii filium, ut utriuſque ſimùl aſſociarentur vultus: mortuam inter, ingratàeque memoriae feminam et futurum Imperii haeredem, ut pari honore haberentur.

Sed et ad Tiberium Auguſtum, ſeu rerum potientem non pertinuit Julia, cùm initum inter utrumque matrimonium à Caeſare Auguſto pridèm diſciſſum f.iſſet, ipſo non reluctante, imò et laetante Tiberio Caeſare.

Quid quod ſapientiſsimis majoribus noſtris ne venire quidem in mentem potuerit ſuas monetas inſcribere nomine et vultibus unà Tiberii Caeſaris Auguſti et Juliae Auguſtae. Egregia ſçilicet de Principe benè merendi ratio, atque obſequii, urbanitatis et officii rarum munus, odioſae, quam annos antè pluſquam decem crudeliter interemerat, feminae vultum exhibere Principi interemptori, ſuòque ſociatum vultui!

III. Fuerit, ſi tantam tamen liceat de prudentiſsimo Principe dementiam vel de nocte ſomniare, aut quid tale ſomniantibus adhibere fidem; fuerit, inquam, à Caeſare Auguſto uxor

ip-

voluntad de Tiberio, que empezaba à gobernar la Republica en el mismo año que muriò Cesar Augusto.

Ni huvo entre Julia, y Druso hijo de Tiberio vinculos de alianza alguna, que pudiesse dàr motivo à esta union de sus rostros, ni à que se diesse à una muger yà difunta, y de tan odiosa infame memoria, el mismo honor que al futuro heredero del Imperio.

Tampoco le huvo entre Julia, y Tiberio Augusto quando reynaba; pues viviendo aùn Cesar Augusto, se havia yà disuelto el matrimonio de ambos, sin repugnancia, y aun con complacencia de Tiberio Cesar.

Y como se les podrìa ofrecer jamàs à nuestros Sabios antepassados el gravar en sus monedas el nombre, y los rostros juntos de Tiberio Augusto, y Julia Augusta? Estraño modo serìa por cierto de lisongear, obsequiar, y cortejar à su Principe, ponerle à la vista, y aun juntar con su rostro el de una muger, à la qual mas de diez años antes havia hecho perecer tan inhumanamente!

III. Demos que Livia, yà de sesenta años, quando menos, fuesse adoptada por hija por Cesar Augusto su Marido, y que mudado el nombre se llamasse de alli adelante Julia, si es que puede

vivis ereptus, U. C. DCCLXXVI. Tiberii Augusti IX. Illius, ad quem nummus spectat, Drusi Tribunicia Potestas cum ejus Consulatu secundo conjuncta est; seu quo factus est anno COS II. *Consul iterùm*, eodem ille TR*ibuniciam* POT*estatem* obtinuit. Potestas autem ista Tribunicia, Consulatus iste secundus coincidunt cum Tiberii Augusti Potestate Tribunicia XXXV; quae cadit in annum U. C. DCCLXXXVI, Tiberii ipsius XIX. Constat è nummis apud Mediobarbam reperiundis. Aliam igitur ab Augusti filia Juliam; alium quoque à Tiberii Augusti filio Drusum exhibeat hic nummus necesse est.

VI. Quem Drusum autem? Tiberii Claudii Neronis et Liviae Caesari Augusto posteà locatae filium? At eum Caesare Augusto vivente, et Tiberio fratre nondùm ad imperium evecto narrant historici extinctum vel latere concusso ex equi lapsu, vel veneno, vel deniquè morbo, aetatis suae anno trigesimo, U. C. DCCXLV. Adde quod nunquàm CAESAR, nunquàm COS, *Consul*, nunquam TRIB POT. *Tribuniciâ Potestate* auctus audit in nummis. Argumento sit aureus iste in Musaeo Ill. Marchio-

yano el año DCCLXXVI. de la fundacion de Roma, y el IX. de Tiberio. Porque la Tribunicia Poteſtad de aquel Druſo, à quien pertenece la Medalla, eſtà junta con ſu ſegunndo Conſulado; ò el año que fuè nombrado Conſul ſegunda vez, COS II. *Conſul iterùm*, obtuvo la Tribunicia Poteſtad, TR. POT. *Tribuniciâ Poteſtate.* Aquella Poteſtad Tribunicio, y aquel ſegundo Conſulado convienen con la XXXV. Tribunicia Poteſtad de Tiberio Augusto, que correſponde al año DCCLXXXVI. de la fundacion de Roma, y el XIX. del miſmo Tiberio, como evidentemente lo manifieſtan las Medallas, que ſe hallan en Mezabarba, por lo qual es neceſſario que eſta Medalla ſea de otra Julia diſtinta de la hija de Auguſto, y de otro Druſo, que no fuè hijo de Tiberio Ceſar.

VI. Pues què Druſo ha de ſer eſte? Serà el hijo de Tiberio Claudio Neron, y de Livia caſada deſpues con Ceſar Auguſto? Pero refieren los Hiſtoriadores, que èſte muriò viviendo Ceſar Auguſto, y antes que ſu hermano ocupaſſe el Imperio, ò de el golpe que recibiò en un coſtado cayendo de un cavallo, ò de veneno, ò otra enfermedad, à los treinta años de ſu edad, en el de DCCXLV. de la fundacion de Roma. A lo que ſe añade, que nunca ſe le

nom-

chionis de la Ensenada, Regi à rebus bellicis, maritimis, Indicis et aerariis.

NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS IMP*erator*. Laureato capite dextrorsùm converso.
DE GERM. *De Germanis*. Triumphalis arcus, supra quem paludatus in equo sinistrorsùm decurrente Drusus dextrâ tenet hastam : hinc, inde, tropaeum ; tropaeo cuilibet assidet captivus, revinctis post terga manibus. *Lam.* 1. *Num.* 2.

VII. Pepererat Druso Caesari Tiberii Augusti filio Livia filios gemellos. Eorum uni, quem è medio posteà sustulit Caïus Caesar Augustus, fuit nomen Tiberius Nero Gemellus. Alterum, à pueris antequàm excessisset, demortuum ne quidem nominant rerum Romanarum scriptores ; nec ipse quoque maximae molis aureus nummus planè singularis apud Policarpum Tenzelium, idèmque ex aere magno in Thesauro Regio, et in Musaeo Serenissimi Hispa-

nombra CAESAR en la Medalla, jamàs COS. Consul, ni tampoco con el titulo de TRIB POT. *Tribuniciâ Potestate*, como se puede vèr en esta de oro, que està en el Gavinete del Ex.mo Señor Marquès de la Ensenada, Secretario del Despacho Universal de Guerra, Hacienda, Indias, y Marina.

NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS IMPERATOR. La cabeza coronada de laurel, y mirando àcia la mano derecha. DE GERM. *De Germanis*, de los Germanos. Un arco triumphal, sobre el qual està Druso vestido con el paludamento, ò palio militar, en un caballo, que corre àcia el lado izquierdo, llevando en la mano derecha una lanza. Y à uno, y otro lado un trofeo, y junto à cada trofeo un cautivo, atadas atràs las manos. *Lam.* 1. *Num.* 2.

VII. Livia, muger de Druso Cesar, hijo de Tiberio Augusto, fecundò el lecho con dos hijos mellizos: de los quales el uno, à quien matò despues Cayo Cesar Augusto, se llamò Tiberio Neron Gemello. Al otro, que muriò en mantillas, ni aun le nombran los Historiadores Romanos, ni un Medallon de oro muy singular, que refiere Policarpo Tenzelio, como tampoco la misma Medalla, que en gran bronce se halla

en

paniarum Infantis Ludovici Antonii Borbonii.

DRVSVS CAESAR TI AVG F DIVI AVG N PONT. TR POT II. *Drusus Caesar Tiberii Augusti filius Divi Augusti nepos Pontifex Tribunicià Potestate iterùm.* In area nummi media, S C. *Senatûs consulto.*
Sine epigraphe. Gemelli duo, sed pueruli, Drusi Caesaris filii, capitibus nudis et adversis, in suo quisque veluti cornucopiae, caduceo intermedio. *Lam.* 1. *Num.* 3.

Quod unum è pueris illis de Tiberii avi sui nomine Tiberium nuncupatum viderint; alteri Drusi patris nomen indiderunt recentiores aliquot eruditi viri, quibus aut non cognitus, aut non benè intellectus rarissimus hic ex aere mediocri nummus.

ΔΡΟΥCOC ΚΑΙCΑΡ ΑΥΓΟΥCΤΟΥ ΥΙΟC. *Drusus Caesar Augusti filius.* Capite laureato sinistrorsùm converso. Sinistro nummi latere, sympulum; dextro, lituus: Pontificatûs scilicet et Au-

en el Gavinete del Rey nueſtro Señor, y en el del Sereniſsimo Infante de Eſpaña Don Luis Antonio de Borbon.

DRVSVS CAESAR TI AVG F DIVI AVG N PONT TR POT II. *Druſus Caeſar Tiberii Auguſti filius Divi Auguſti nepos Pontifex Tribuniciâ Poteſtate iterùm.* Druſo Ceſar hijo de Tiberio Auguſto, nieto de Divo Auguſto, Pontifice con la Tribunicia Poteſtad ſegunda vez; en el campo de la Medalla, S C. *Senatûs Conſulto.* Sin epigraphe. Eſtàn los dos hijos mellizos de Druſo Ceſar niños, ſin adorno en las cabezas, de cara el uno al otro, y cada uno como en ſu cornucopia, y un caduceo entre ambos. *Lam. 1. Num. 3.*

Lo que fuè cauſa de que algunos Eruditos viendo en las Medallas, que el uno de eſtos hijos tuvo el nombre de Tiberio, ſegun el de ſu abuelo Tiberio Auguſto, han dado al otro hijo el nombre de ſu padre Druſo; y eſto ſin duda porque no vieron, ò no entendieron bien eſta Medalla Griega, muy rara, y de mediano bronce.

ΔΡΟΥϹΟϹ ΚΑΙϹΑΡ ΑΥΓΟΥϹΤΟΥ ΥΙΟϹ. *Druſus Caeſar Auguſti filius*, Druſo Ceſar hijo de Auguſto. La cabeza coronada de laurel, y mirando àcia el lado izquierdo. Al ſinieſtro de la Medalla eſtà el ſympulo, y al derecho el lituo: inſignias del

Auguratûs insignia ; quoniam et Pontifex et Augur fuit Drusus Caesar.

ΤΙΒ ΓΕΡ ΚΑΙϹΑΡΕϹ. Τιβέριος Γερμανικὸς Καῖσαρες. *Tiberius Germanicus Caesares*, Drusi Caesaris filii. Capitibus eorum juvenilibus, nudis et adversis. Ex libro cui titulus, *Histoire de la République des Lettres*, *Tom. I. pag.* 243.

Multùm, nec feliciter hactenùs, à viris eruditis disceptatum est de hoc numismate. Drusum in eo seniorem Tiberii Claudii Neronis et Liviae filium Cl. Morellius videt, *Spec. Rei Numm. Tab. XV. pag.* 155. et in altera nummi pagina Tiberium istius Drusi fratrem, et Germanicum filium. Malè quamquàm legat D. Vaillant ΔΡΟΥϹΟϹ ΚΑΙϹΑΡ ΑΥΓΟΥϹΤΟϹ. *Drusus Caesar Augustus*, interpretatur tamen de Druso juniore Tiberii Augusti filio; sed expressa duo juvenilia capita Tiberium Drusi istius junioris, et Germanicum Drusi senioris filios referre pronunciat. Utrumque, Morellium nempè et Vaillantium, Ill. Spanhemius, *De Praest. Num. Tom. II. pag.* 320. statuit in explicatione hujusce nummi minùs oculatum, usu quamvis et notitiâ veterum nummorum illâ praesertim aetate prae caeteris conspicuum. Negat igitur exhiberi in hoc numismate Tiberium Drusi ju-

Pontificado, y del Augurado; porque Druso Cesar fuè Pontifice, y Agorero.

TIB ΓΕΡ ΚΑΙCΑΡΕC. Τιβέριος Γερμανικός Καίσαρες. *Tiberius Germanicus Caesares*, Tiberio, y Germanico Cesares, hijos de Druso Cesar. Las cabezas de estos niños desnudas, y mirandose una à otra. Esta Medalla se halla en la Historia de la Republica de las Letras, *Tom.* 1. *pag.* 243.

Hasta aora han disputado mucho, y en vano los Eruditos sobre esta Medalla. El Morelio *Spec. Rei Numm. Tab. XV. pag.* 155. la atribuye à Druso el mayor, hijo de Tiberio Claudio Neron, y de Livia, y dice, que los que se vèn en el otro lado son Tiberio, hermano de este Druso, y su hijo Germanico. Monsr. Vaillant, aunque lee mal ΔΡΟΥCΟC ΚΑΙCΑΡ ΑΥΓΟΥCΤΟC. *Drusus Caesar Augustus*, Druso Cesar Augusto; la interpreta sin embargo de Druso el menor, hijo de Tiberio Augusto: y reconoce en estas dos cabezas de jovenes la de Tiberio, hijo de este Druso el menor, y la de Germanico, hijo de Druso el mayor. El Ill.mo Spanhemio De Praest. *Num. Tom. II. pag.* 32. los tiene à entrambos estos à Morelio, y à Vaillant por menos perspicaces en la explicacion de esta Medalla, aunque aventajados à los demàs en el uso, y noticia de las antiguas, y especialmente à los que havia en aquel

 tiem-

junioris, et Germanicum Drusi senioris filios; Germanicum, inquam, annis jam ante omninò decem et octo, demortuum, quàm Tiberius Drusi junioris filius praetextam posuisset. Negat Drusum juniorem *Augusti filium*, Αυγȣ'ϛȣ υἱὸν, dici potuisse, sine addito Tiberii praenomine τι Αυγȣ'ϛȣ υἱὸν. Stat igitur ab eorum partibus, qui Drusi senioris hunc affirmant esse nummum. Sed quì Drusus senior et *Caesar*, et *Augusti filius* audit, cùm nec à Caesare Augusto adoptatum, nec appellatum unquàm Caesarem doceant vel ipsi rerum Romanarum scriptores? Ad quae quid sibi et orbi erudito tamquàm è tripode respondet? Nummus hic, ait, à Graeca quapiam urbe percussus est, quae rem ita se habere sibi persuaserit; eòque magis, quòd Caesarum geminorum, Caii et Lucii, cohaeres (Drusus), teste Suetonio, sit à Caesare Augusto institutus. Perinde quasi, ut illustri exemplo utar, dum in Hispania degeret Serenissimus Princeps Dux Aurelianensis, in aliquo numismate, seu moneta publica dixisset eum Philippi V. filium Hispanica aut Americana civitas quaepiam, quòd ita se rem habere sibi persuasisset. Quamquàm et longè aliam Ill. Spanhemii fuisse mentem nullus dubito. Cum ab eruditis viris jam animadversum fu-

tiempo. Niega tambien, que en esta Medalla se expressan Tiberio, y Germanico hijos, aquèl de Druso el menor, y èste de Druso el mayor; porque yà havia muerto Germanico diez y ocho años antes, que Tiberio hijo de Druso el menor, huviesse vestido la pretexta. Niega tambien que Druso el menor huviesse podido llamarse *Augusti filius*, Αυγυςϐ υἷον, hijo de Augusto, sin añadir el nombre de Tiberio. Defiende finalmente la opinion de aquellos, que asseguran ser esta Medalla de Druso el mayor. Pero quien fuè este Druso el mayor, que se llamò *Cesar*, è hijo de Augusto, *Augusti filius*, quando no consta en la historia, que huviesse sido adoptado por Cesar Augusto, ni que jamàs se llamasse Cesar? Y què responde à su propria duda, y à la de todo el Orbe Erudito? Esta Medalla, dice, como si fuera un oraculo, fuè acuñada por una Ciudad Griega, que estaba persuadida, à que esto era assi; y mucho mas con el fundamento de haver sido (Druso) segun Suetonio, instituído por Cesar Augusto coheredero de los Cesares Cayo, y Lucio. Al modo que, valiendome de un exemplo ilustre, si quando estuvo en España el Serenissimo Duque de Orleans, huviesse dicho alguna Ciudad de España, ò de la America en las Medallas, ò Monedas publicas,

fuerit voluminis alterius Spanhemiani Batavum editorem ſua quandoque doctiſsimo Autori ſuppoſuiſſe ſenſa, quae nunquàm adoptaturus fuiſſet Spanhemius; ad iſtius anteriores, quarum mihi copia non eſt, editiones provoco.

Alteram Cl. Liebaeus *Theſ. Frideric. pag.* 303. ſuggerit numiſmatis, de quo agitur, lectionem: haec ea eſt. ΔΡΟΥϹΟϹ ΚΑΙϹΑΡΟϹ ΑΥΓΟΥϹΤΟΥ ΥΙΟϹ. *Druſus Caeſaris Auguſti filius.* Caeſar enim Auguſti, Liebaeo judice, κατὰ πλάτος filius videri potuit Druſus ſenior, quem, quamvis privignum appellet, filium tamen, et quidem nothum, haud obſcurè tradit Suetonius.

Ita ſentiant et loquantur, per me licet, quibus iſtius hujùſce ſcriptoris impuri placita arriſerint; aut quibus per uſum et meditatam veterum nummorum conſuetudinem nondùm innotuerit in Romanorum Principum nummis nihil non eſſe pudicum, et ad ſeveriorem morum auſteritatem accommodatum; aut quibus tandem fuerit veroſimile tantam tùm Caeſari Auguſto Imperatori, cùm ejus uxori Liviae injuriam impingi potuiſſe, non equidem ab homi-

cas , que era hijo de Phelipe V. por haverse creìdo , ò persuadido, que lo era. Aunque no dudo que estuvo muy distante de esto el Ill.^mo Spanhemio. Y muchos Varones eruditos yà han hecho vèr , que el Olandès que sacò à luz el segundo tomo de Spanhemio , atribuyò sus proprias opiniones à aquel doctissimo Autor , que jamàs las huviera abrazado. Yo apelo à las Ediciones anteriores , de que carezco.

El famoso Liebe en el Thes. Frid. pag. 303. pone otra leccion de esta Medalla , es à saber ΔΡΟΥϹΟϹ ΚΑΙϹΑΡΟϹ ΑΥΓΟΥϹΤΟΥ ΥΙΟϹ. *Drusus Caesaris Augusti filius* , Druso hijo de Cesar Augusto. Porque Druso el mayor pudo ser tenido por hijo de Cesar Augusto κατὰ πλάτος! pues aunque le llame hijastro , no obstante Suetonio le trae claramente por hijo , y aun por hijo bastardo.

Sientanlo assi , y hablen como quieran , que yo se lo permito à aquellos que se deleytan con las opiniones de este poco modesto Autor; ò aquellos à quienes con el manejo , y continuacion de las Medallas antiguas aun no se les ha manifestado, que en las Medallas de los Principes Romanos, no hay cosa que no sea decente , y acomodada à la mas severa correccion de las costumbres , ò finalmente aquellos à quienes parezca verosimil, que se pudo atribuir tan grande injuria à Cesar

mine privato, sed à toto civitatis unius Senatu; nec occultè, sed in oculis omnium sed in aere signato, ad impactae injuriae memoriam aeternitati commendandam.

Ut ut sit, Drusum *Tiberii Augusti filium* si nummus enunciaret, (nam eò redit tota difficultas, quae tamen nulla est) de filiorum ejus nominibus intercederet nulla contentio. Caesaris Augusti nullus, unus autem Tiberii Augusti filius fuit, Drusi Caesaris nomine. Praetereà quod Latinis sonabat *Augustus*, illud ipsum et Graecis Σεβαστὸς, Αὔγουστος, etiam à Caesaris Augusti temporibus, ut norunt omnes in re nummaria non omninò peregrini. Norunt iidem sedentem ad rei Romanae publicae gubernacula Principem non aliâ saepiùs quàm *Caesaris*, Καίσαρος, vel *Augusti*, Σεβαστοῦ, Αὐγούστου appellatione donari; tacito, citrà erroris offendiculum, aut etiam periculum, proprio ejus familiae nomine. Quod gratìs à me dictum ne videatur, standum est productis in medium exemplis, et quidem evincentibus Δροῦσον Αὐγούστου υἱὸν, *Drusum Augusti filium*, de Druso Tiberii Augusti filio tàm rectè potuisse di-

ſar Auguſto Emperador, y à ſu muger Livia; y eſto no por un ſugeto particular, ſino por todo el Senado de una Ciudad; y no ocultamente, ſino à la viſta de todos, y en moneda acuñada, para dexar una perpetua memoria de la infamia, que le atribuyan.

Como quiera que ſea, ſi la Medalla declaraſſe à Druſo hijo de Tiberio Ceſar (que à eſto ſe reduce toda la dificultad, que yà es ninguna) no havia diſputa ſobre los nombres de ſus hijos. Ceſar Auguſto no tuvo hijo alguno: Tiberio Auguſto tuvo uno, que ſe llamò Druſo.



A mas de que lo que para los Latinos ſuena *Auguſtus*, Auguſto, es para los Griegos Σεβαςος, Αυγȣςος, aun deſde el tiempo de Ceſar Auguſto, como ſaben todos quantos tienen alguna tintura de la Ciencia de Medallas. Tambien ſaben eſtos miſmos, que al Principe que dirigía el timon del Govierno de la Republica Romana, no ſe le llamaba comunmente con otro nombre, que con el de *Caeſaris*, καίσαρος, Ceſar; ò con el de *Auguſti* Σεβαςȣ', Auguſto, callando ſin tropiezo, ò peligro de error el nombre propio de ſu familia, lo qual ſe probarà, para que no parezca lo digo ſin fundamento, con los exemplos ſiguientes, que convencen, que Δρȣ'σον Αυγȣ'ςȣ υἷον, *Druſum Auguſti filium*. Druſo hijo de Au-

dici, atque adèo fuisse dictum, quàm Δρȣ́σον Τι. Αυγȣ́ςȣ υἱὸν. *Drusum Tiberii Augusti filium.* Praetermissuri sumus hìc nummos in Judaea signatos in honorem Juliae Augusti filiae, mox opportuniùs repraesentandos.

ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΣΕΒΑΣΤΗΣ. *Augusti Augustae.* Capita duo adversa, Tiberii *Augusti* laureatum, et Juliae *Augustae.*
ΠΕΡΓΑΜΗΝΟΙ ΘΕΟΝ ΣΕΒΑΣΤΟΝ. *Pergameni Divum* Caesarem *Augustum* colunt. Paludatus dextrorsùm conversus stat Divus Caesar Augustus in templo quatuor suffulto columnis.

ϹΕΒΑϹΤΟΙ. *Augusti* duo. Capita Tiberii Augusti, et Juliae Augustae, frontibus adversis.
ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΘΕΟΝ ϹΕΒΑϹΤΟΝ. Nummus, *Pergamenorum*, qui *Divum Augustum* colunt. Hastae purae laevâ innixus stat Divus Augustus in templo quatuor columnis conspicuo. Nummus uterque ex aere parvo; prior, Romae, in Musaeo Eminent. Card. Alexandri Albani, et Venetiis in Cimelio Ill. Senatoris Theupolo; posterior,

gusto, se pudo entender de Druso hijo de Tiberio Augusto, y que efectivamente se entendiò de èl, como el Δρȣ'σον Τι Αυγȣ'ϛȣ ϋἱον, *Drusum Tiberii Augusti filium*, Druso hijo de Tiberio Augusto. Con todo esso omitimos aqui las Medallas acuñadas en Judèa, en honor de Julia hija de Augusto, para citarlas despues mas oportunamente.

ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΣΕΒΑΣΤΗΣ. *Augusti Augustae*, de Augusto, y de Augusta. Dos cabezas mirandose una à otra; la de Tiberio Augusto coronada de laurel, y la de Julia Augusta.

ΠΕΡΓΑΜΗΝΟΙ ΘΕΟΝ ΣΕΒΑΣΤΟΝ. *Pergameni Divum Augustum* colunt. Los de Pergamo veneran à Divo Cesar Augusto. Està Cesar Augusto en pie, vestido con el paludamento, buelto àzia la derecha, en un Templo sobstenido de quatro columnas.

CEBACTOI. *Augusti* duo. Dos Augustos. Las cabezas de Tiberio Augusto, y de Julia Augusta, frente la una de la otra.

ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΘΕΟΝ CEBACTON. Nummus *Pergamenorum* qui *Divum Augustum* colunt. Moneda de los de Pergamo, que veneran à Divo Augusto. El Templo como anteriormente, en el qual està Augusto en pie, estrivando su mano izquierda en una lanza sin yerro. Ambas Medallas son de

 pe-

rior, in Thesauro Regis Christianissimi, et in Musaeo Ill. de Pfau, Conf. Stat. In Princ. wirtembergensis.

Alios, Caesare Augusto jam inter Divos relato, quàm Tiberium et Juliam appellare vel exhibere possunt *Augusti* illi duo, CEBACTOI, seu capita *Augusti* et *Augustae*, CEBACTOΥ CEBACTHC? Qui ΣΕΒΑΣΤΟΥ, *Augusti* tantùm nomine dicitur Tiberius in istis numismatis, in alio quoque, qui sequitur Pergameno, *Tiberii Caesaris* appellationem obtinet. ΤΙΒΕΡ ΚΑΙ ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. *Tiberius Caesar.* Nummus *Pergamenorum.*)(ΘΕΟΝ ΣΕΒΑΣΤΟΝ. *Divum Augustum* colentium. Augustus in templo, ut proximè. Apud D. Vaillant, *pag. 9.* è Musaeo D. Foucault, Comitis Consistorialis. In more usquè adeò positum erat Principem Imperii gubernacula moderantem hoc vel illo modo nuncupare.

DIVA DRVSILLA SOROR CAESARIS AVG. *Diva Drusilla soror Caesaris Augusti.* Divae Drusillae caput sinistrorsùm conversum, ad pectus cum stola.

IVLIA DRVSILLA F. C. CAESARIS AV-

pequeño bronce ; la primera se encuentra en Roma en el Museo del Emmo Cardenal Alexandro Albano, y en el Museo del Illmo de Pfau , Consejero intimo de Estado de S. A. S. el Principe de Wittemberg.

Puesto yà entre los Dioses Cesar Augusto, quienes otros que Tiberio , y Julia pueden ser aquellos dos Augustos , CEBACTOI, ò de quienes otros pueden ser aquellas dos cabezas de Augusto , y Augusta , CEBACTOY CEBAΣTHC? El mismo Tiberio , à quien en estas Medallas se le dà tan solamente el titulo de Augusto , en otra de Pergamo obtiene tambien el de Tiberio Cesar , *Tiberii Caesaris.* TIBEP KAI ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ. *Tiberius Caesar.* Nummus *Pergamenorum.*) (ΘΕΟΝ ΣΕΒΑΣΤΟΝ. *Divum Augustum* colentium. Moneda de los de Pergamo , que veneran à Divo Augusto. Augusto en un Templo como se acaba de decir. La trahe Vaillant pag. 9. y es de el Museo de Mr. Foucault , Consejero de Estado. Estaba entonces muy recibido llamar de uno , ù otro modo al Principe que governaba el Imperio.

DIVA DRVSILLA SOROR CAESARIS AVGVSTI. Diva Drusilla hermana de Cesar Augusto La cabeza de Drusilla mirando àzia la izquierda con la estola al pecho.

IVLIA DRVSILLA F C CAESARIS AU-

AVGVSTI. *Julia Drusilla filia Caii Caesaris Augusti.* Genius, muliebri formâ, dextrorsùm conversus graditur, alis brachiorum vices gerentibus, cum talaribus ad pedes. Ex aere parvo, apud Patinum, *in Sueton. pag.* 118. Cujus Caesaris Augusti soror dicitur Diva Drusilla? Non Octavii profectò; Caii igitur, quem Caligulam dixerunt historici, dum illa vivere desiit, rem Romanam administrantis. Vadem habemus et praedem, si tamen opus sit, ex aere minimo nummum alterum, in Thesauro Farnesiano. *Lam.* 1. *N.* 5.

DIVA DRVSILLA SOROR C CAESARIS AVG. *Diva Drusilla soror Caii Caesaris Augusti.* Capite sinistrorsùm converso, ad pectus cum stola.

IVLIA DRVSILLA F C CAESARIS AVG. *Julia Drusilla filia Caii Caesaris Augusti.* Puellae caput dextrorsùm conversum emicat è cornucopiae.

T CAES IMP AVG F PON TR P COS VI CENSOR. *Titus Caesar Imperator Augusti filius Pontifex Tribunicia Potestate Consul sextùm Censor.* Titi capite laureato s. c.

RO-

AVGVSTI. *Julia Drusilla filia Caii Caesaris Augusti.* Julia Drusilla hija de Cayo Cesar Augusto. Un Genio en figura de muger camina buelto àzia la derecha, con alas en lugar de brazos, y con alas à los pies. Es de bronce pequeño, y la trae Patin en Suetonio, pag. 118. De qual Cesar Augusto se dice hermana Diva Drusilla? A la verdad, no de Octavio; luego de Cayo, à quien los Escriptores llamaron Caligula, el qual manejaba el Imperio Romano, quando ella muriò; y para esto tenemos por fiadera, si es necessario, à otra Medalla de pequeño bronce del Gavinete Farnesiano.

DIVA DRVSILLA SOROR C CAESARIS AVG. *Diva Drusilla soror Caii Caesaris Augusti.* Diva Drusilla hermana de Cayo Cesar Augusto. La cabeza buelta àzia la izquierda, con la estola hasta el pecho.

IVLIA DRVSILLA F C CAESARIS AVG. *Julia Drusilla filia Caii Caesaris Augusti.* Julia Drusilla hija de Cayo Cesar Augusto. La cabeza de una niña, que sale de una cornucopia, mirando àzia el lado derecho. *Lam. 1. N. 6.*

T CAES IMP AVG F PON TR P COS VI CENSOR. *Titus Caesar Imperator Augusti filius Pontifex Tribunicia Potestate Consul sex-*

ROMA. In area nummi, S C. *Senatûs Consulto.* Galeato capite, ſuccincta et dextrorsùm converſa ſtat Roma, victoriae ſignum dextrâ gerente, ſiniſtrâ haſtae innixâ. Ex aere magno, in Muſaeo Ill. Le Bret, Senatûs Aquiſextani olim Principis, et Gallo-provinciae Proregis.

CAESAR AUG F DOMITIANUS COS VII. *Caeſar Auguſti filius Domitianus Conſul ſeptimùm.* Capite laureato ſiniſtrorsùm converſo.

PRINCEPS IVVENTVTIS. circà lauream coronam in qua capra dextrorsùm converſa ſtat. Argenteus in Muſaeo Sereniſsimi Hiſpaniarum Infantis Ludovici Antonii Borbonii.

ΚΑΙ ΔΟΜΙΤΙΑΝΟϹ ϹΕΒΑϹΤΟΥ ΥΙΟϹ. *Caeſar Domitianus Auguſti filius.* Laureato Domitiani capite ſiniſtrorsùm converſo.

ΟΜΟΝΟΙΑ ϹΕΒΑϹΤΗ. *Concordia Auguſta.* Stolata ſedet dextrorsùm converſa; pateram dextrâ praeten-

sextùm Censor. Tito Cesar Emperador, hijo de Augusto, Pontifice con la Potestad Tribunicia, Consul sexta vez, y Censor. Està la cabeza de Tito coronada de laurel, buelta àzia la izquierda. ROMA. Roma. En el campo de la Medalla estàn estas letras S C. *Senatus Consulto.* Se vè à Roma en pie con el morrion en la cabeza, y ceñida; en la mano derecha, tiene una pequeña Victoria, y con la izquierda estriva sobre una lanza. Es de gran bronce, y se halla en el Gavinete del Illmo. Le Bret, antes primer Presidente del Parlamento de Aix, y Comendante de Provenza.

CAESAR AVG F DOMITIANVS COS VII. *Caesar Augusti filius Domitianus Consul septimùm.* Domiciano Cesar hijo de Augusto Consul septima vez. La cabeza de Domiciano coronada de laurel, buelta àzia la izquierda. PRINCEPS IVVENTVTIS. Principe de la juventud. Esta inscripcion està al rededor de una corona de laurel, y dentro de la corona una cabra en pie, buelta àcia la derecha. Es de plata, y està en el Gavinete del Serenissimo Señor Infante de España Don Luis Antonio de Borbòn.

ΚΑΙ ΔΟΜΙΤΙΑΝΟϹ ϹΕΒΑϹΤΟΥ ΥΙΟϹ. *Caesar Domitianus Augusti filius.* Domiciano Cesar hijo de Augusto. La cabeza de Domiciano coronada de laurel, y buelta àzia la izquierda.

tendente laevâ innixâ hastae purae. Argenteus in Thesauro Principis Saxo Gothani.

Ovum ovo, ut fert vetus adagium, non est similius, quàm inscriptiones nummorum illae similes sunt isti; ΔΡΟΥϹΟϹ ΑΥΓΟΥϹΤΟΥ ΥΙΟϹ, *Drusus Augusti filius.*

Ut igitur *Augusti filius* passim dicebatur, qui Reipublicae Romanae regendae praepositum profitebatur patrem suum, non enunciato quamvìs illius, cujus erat filius, nomine; ita quoque *Divi filius*, ΘΕΟΥ ΥΙΟϹ, et *Divi Caesaris mater*, qui Divos inter habebant aut patrem filium relatos.

CAESAR DIVI F DOMITIANVS COS VII. *Caesar Divi filius Domitianus Consul septimùm.* Capite laureato sinistrorsùm converso. PRINCEPS IVVENTVTIS. Galea supra sellam curulem. Aureus est in Musaeo Serenissimae Aurelianensium Ducissae; argenteus in Thesauro Regio.

ΟΜΟΝΟΙΑ ϹΕΒΑϹΤΗ. *Concordia Augusta.* Concordia Augusta. Està sentada, y vestida con la estola mirando àzia la mano derecha; y en ella tiene una patera, y la izquierda estriva sobre una lanza. Es de plata, y la tiene en su Gavinete el Sereniss. Principe de Saxo-Gotha.

No es mas parecido un huevo à otro huevo, como dice el refran antiguo, que lo son aquellas Inscripciones de Monedas à esta: ΔΡΟΥϹΟϹ ΑΥΓΟΥϹΤΟΥ ΥΙΟϹ. *Drusus Augusti filius.* Druso hijo de Augusto.

Pues asi como frequentemente se llamaba *Augusti filius*, hijo de Augusto, aquel cuyo padre estaba encargado del Govierno de la Republica Romana, sin que se expressasse el nombre de su padre; asi tambien se decian, *Divi filius*, ΘΕΟΥ ΥΙΟϹ, hijo de Divo, y *Divi Caesaris mater*, madre de Divo Cesar, aquellos que tenian à su Padre, ò à su hijo colocados entre los Dioses.

CAESAR DIVI F DOMITIANVS COS VII. *Caesar Divi filius Domitianus Consul septimùm.* Domiciano Cesar hijo de Divo Consul septima vez. La cabeza de Domiciano coronada de laurel, y buelta àzia la izquierda.

PRINCEPS IVVENTVTIS. Principe de la juventud. Un morrion sobre la silla curul. Es de oro, y se guarda en el Gavinete de la Ser.ma Du-

ΔΟΜΙΤ ΣΕΒ ΘΕΟΥ ΥΙΟΣ. *Domitianus Augustus Divi filius.* Capite laureato, sinistrorsùm converso, cum aegide supra pectus.

L. ΙΔ. Λυκάβαντος δέκα καὶ τετάρτου. *Anno XIV.* Domitianus in curru sex equis juncto, inter tropaea duo, super arcum triumphalem. Ex aere magno, in Thesauro Borussorum Regis. *Tom. II. pag.* 105.

DOMITIA AVG IMP CAES DIVI F DOMITIAN AVG. *Domitia Augusta Imperatoris Caesaris Divi filii Domitiani Augusti* uxor. Domitiae caput sinistrorsùm conversum, ad pectus cum stola.

DIVI CAESARIS MATER. Domitianus Caesar, Domitiani Augusti sçilicet et Domitiae Augustae filius, bimulus, post mortem inter Divos relatus. Huic, divinos quandoquidem honores adepto, litat ad aram Domitia mater, expansâ dextrâ sacrificantis ritu, laevâ gestante hastam. Ex aere mediocri, in Thesauro Regis Christianissimi.

Itaque cum ad Drusum Tiberii Augusti fi-

quesa de Orleans, y otra de plata en el del Rey nuestro Señor.

ΔΟΜΙΤ CΕΒ ΘΕΟΥ ΥΙΟC. *Domitiauus Augustus Divi filius.* Domiciano Augusto hijo de Divo. La cabeza de Domiciano coronada de laurel, y buelta àzia la izquierda, con el escudo de Palas al pecho.

L ΙΔ. Año XIV. *Λυκάβαντος δέκα και τετάρτου.* Està Domiciano sobre un Arco triumphal en un carro de seis caballos, entre dos tropheos. Es de gran bronce, y se halla en el thesoro del Rey de Prusia. *Tom. II. pag.* 105.

DOMITIA AVG IMP CAES DIVI F DOMITIAN AVG. *Domitia Augusta Imperatoris Caesaris Divi filii Domitiani Augusti.* uxor. Domicia Augusta muger de Domiciano Augusto hijo del Emperador Divo Cesar. La cabeza de Domicia mirando àzia su izquierda con estola al pecho.

DIVI CAESARIS MATER. Madre de Divo Cesar. Domiciano Cesar hijo de Domiciano Augusto, y de Domicia Augusta, haviendo muerto de 2. años, fuè colocado entre los Dioses. A este le ofrece Domicia su Madre sacrificio, con la mano derecha estendida sobre un altar, segun el rito de sacrificar, y con una lanza en la mano izquierda. Es de mediano bronce, y es-

filium pertineat, et ejusdem Drusi filios Tiberium et Germanicum apellet Graecum numisma; de Druso, qui nunquam extitit, Drusi Caesaris filio, Tiberii Augusti nepote, Tarraconensis nummus omninò explicari non potest.

VIII. Neque etiam de Druso Caesare Germanici filio. Nam per aetatem ad honores ascensus huic Principi non patuit, honorario quamquàm Coloniarum Hispanicarum Caesaraugustae et Carthaginis Novae Duumviratu perfunctus sit cum Nerone fratre. Argumento sint nummi subsequentes.

NERO CAESAR DRUSUS CAESAR II VIR CCA. *Nero Caesar Drusus Caesar Duumviri. Colonia Caesaraugusta.* Neronis et Drusi nudis et adversis capitibus.

TI CAESAR DIVI AVGVSTI F AVGVSTVS. *Tiberius Caesar Divi Augusti filius Augustus.* Laureato capite sinistrorsùm converso. Ex aere mediocri, Toleti, in Musaeo D. de las Infantas, Ecclesiae Metropolitanae Canonici Doctoralis; et Hispali, in Musaeo D. Leyrens.

eſtà en el Gavinete del Rey de Francia.

De ſuerte, que perteneciendo la Medalla à Druſo, hijo de Tiberio Auguſto, y expreſſando la Medalla Griega que eran hijos de el miſmo Druſo, Tiberio y Germanico, de ninguna manera puede entenderſe la Medalla Tarraconenſe de un Druſo que nunca exiſtiò, hijo de Druſo Ceſar, y nieto de Tiberio Auguſto.

VIII. Tampoco ſe puede entender de Druſo Ceſar, hijo de Germanico; porque eſte Principe, por ſu edad, no pudo aſcender à los honores, aunque gozaſſe de el Duumbirato onorario de las Colonias Eſpañolas Ceſarauguſtana, y Cartaginenſe con ſu hermano Neron, como lo mueſtran las Medallas ſiguientes.

NERO CAESAR DRVSVS CAESAR IIVIR CCA. *Nero Caeſar Druſus Caeſar Duumviri Colonia Caeſarauguſta.* Neron Ceſar, y Druſo Ceſar Duumbiros. La Colonia Ceſarauguſtana. Las cabezas de Neron, y Druſo ſin adorno, y mirandoſe una à otra.

TI CAESAR DIVI AVG F AVGVSTVS. *Tiberius Caeſar Divi Auguſti filius Auguſtus.* Tiberio Ceſar Auguſto hijo de Divo Auguſto. Tiene la cabeza coronada de laurel, y buelta àzia la izquierda. Es de mediano bronce, y la tiene en Toledo Don Juan Antonio de las Infan-

tas,

NERO ET DRVSVS CAESARES QUINQ C V I N C. *Nero et Drusus Caesares Quinquennales. Colonia Urbana Julia Nova Carthago.* Caïum Vincium nescio quem videre sibi visus est Ill. Spanhemius, *Tom.II. pag.* 323. Neronis et Drusi capitibus nudis, juvenilibus et adversis.

TI CAESAR DIVI AVGVSTI F AVGVSTVS P M. *Tiberius Caesar Divi Augusti filius Augustus Pontifex Maximus.* Tiberii nudo capite dextrorsùm converso. Ex aere mediocri Valentiæ, in Musaeo D. Em. Gomez et Marco, Ecclesiae Metropolitanae Parochi perpetui, et apud D. Ruberti Legionis Brabantinae olim subcenturionem; est etiam ex aere parvo in Musaeo D. Franc. Perez, in Salmanticensi Academia Hebraïcae Linguae Professoris.

Sejani circumventum artibus, et diù in vinculis habitum, quae deglutiret etiàm fomentum è culcitra, fames Drusum hunc enecavit, quinto circiter suprà vigesimum aetatis suae anno.

IX.

tas , Canonigo Doctoral de aquella Iglesia Primada de las Españas; y en Sevilla Mr. de Leyrens.

NERO ET DRVSVS CAESARES QVINQ C V I N C. *Nero et Drusus Caesares Quinquennales. Colonia Urbana Julia Nova Carthago.* Neron , y Druso Cesares Duumbiros quinquennales. La Colonia Urbana Julia Nueva Cartago. No sè que Cayo Vincio se le figurò aqui al Ill.mo Spanhemio en el *Tom.2. pag. 323.* Las cabezas de Neron , y de Druso , que se representan Jovenes , y mirandose una à otra sin corona.

TI CAESAR DIVI AUGUSTI F AVGVSTVS P M. *Tiberius Caesar Divi Augusti filius Augustus Pontifex Maximus.* Tiberio Cesar Augusto hijo de Divo Augusto , Pontifice Maximo. La cabeza de Tiberio sin corona , mirando àzia la derecha. Es de mediano bronce, y està en Valencia en el Museo del Doct. Gomez , Cura de la Iglesia Metropolitana. En el de Don Juan Francisco de Ruberti , Theniente Capitan que fuè del Regimiento de Brabante; y de pequeño bronce en el de Don Francisco Perez , Cathedratico de la Lengua Hebrea , en la Universidad de Salamanca.

Cogido por engaños de Seyano este Druso , y encerrado mucho tiempo en prisiones,

IX. Numiſmatis, de quo agitur, vultus et nomen referri quoque non poſſunt ad Juliam M. Agrippae et Juliae Auguſtae filiam, quae L. Aemilio Paulo nupſerat. Ejus vita ſolutior, et ad maternos mores nimiùm quantùm comparata, maternam conſecuta eſt fortunam. In exilium, Caeſare Auguſto jubente, deportata productam miſerè viginti et quatuor annis vitam miſeriori morte commutavit.

X. Germanico patre Syriam petente, ultimo Agrippinae partu, in Samo inſula nata eſt Julia Livilla. Tiberius adultam M. Vinicio dedit uxorem. Haec ſeptennis nondùm erat, cum occubuit Druſus Caeſar Tiberii Auguſti filius; nec ſexennem puellam, ſed aetatis maturae feminam exhibet Tarraconenſis nummus.

XI. Et haec junioris aetatis in vultu diſparitas, ut alia taceam momenti non minoris argumenta, militat etiàm tùm contra Juliam Druſillam, Juliae Livillae ſororem, et uno tantùm anno natu majorem; tum contra Juliam Druſi Junioris ipſius filiam. De Julia Berenice Agrippae Judaeorum Regis filia ne quidem hìc cogitandum eſt.

le quitò la vida una hambre tan exceſiva que le obligò à comer los colchones, caſi à los 25. años de edad.

IX. Tampoco ſe puede atribuir el roſtro, y nombre de la Medalla de que ſe trata à Julia hija de M. Agrippa , y de Julia Auguſta, que casò con L. Aemilio Paulo , porque ſu vida deſembuelta , y ſemejante en todo à las coſtumbres de ſu madre , moviò à Ceſar Auguſto à deſterrarla, adonde haviendo llegado, terminò ſu miſerable vida con una muerte mas deſdichada , à los veinte y quatro años de ſu edad.

X. Julia Livilla naciò en Samo del ultimo parto de Agrippina , quando ſu padre Germanico ſe dirigiò à la Syria , y yà adulta , Tiberio la diò por muger à M. Vinicio. Aun no tenia ſiete años quando muriò Druſo Ceſar hijo de Tiberio ; y la Medalla Tarraconenſe no manifieſta una niña de ſeis años , ſino à una muger de edad madura.

XI. Y eſta deſigualdad de edad en el roſtro , dexando otros argumentos de no menor peſo , milita igualmente contra Julia Druſilla hermana de Julia Livila , un año ſolamente mayor que ella , y tambien contra Julia hija del miſmo Druſo el menor. De Julia Berenice hija

de

XII. Haec ſunt, ni mea me fallat opinio, cur tibi, Vir Illuſtriſsime, libros legenti, et ab illis in errorem inducto videatur Druſus nullus, nulla Julia, de quibus Tarraconenſis Tiberii Auguſti nummus explicari poſsit. Sed veteres mecum nummos conſulas velim, et ab illis edoceri patiaris. Quod ſi pro tua in perſcrutandis rebus ſagacitate feceris, Juliam Caeſaris Auguſti filiam, Tiberii Auguſti conjugem, et Druſum Caeſarem Tiberii et Juliae filium expreſſos eſſe in hoc numiſmate perſuaſum tibi fore habeo mihi polliceri. Fateberis etiàm fortaſſè Marcum Agrippam, cui primûm locata fuerat Julia, non eo, quo dicunt, anno vitâ functum; ſed Tiberianis coaevum fuiſſe temporibus. Ipſam quoque Juliam ipſi Tiberio Auguſto marito non aequalem aetate modò, ſed et ſuperſtitem profeſſurus es. Quàm haec à recepta apud omnes abhorreant opinione videſis, quàmque ſummo apud cordatos et eruditos omnes haberi debeant loco nummi veteres. Illos ego tantùm, qui nunc ad propoſitum faciant, appellaturus ſum.

de Agrippa Rey de Judea, ni aun nos hemos de acordar aqui.

XII. En esto consiste, si no me engaño, Ex.^mo Señor, el que leyendo V. E. los libros, y preocupado de el error à que conducen, juzgue que no hay Druso alguno, ni Julia alguna, de quienes se pueda entender la Medalla Tarraconense de Tiberio. Pero sirvase V.E. de consultar conmigo las Medallas antiguas, y permita, que ellas sean las que nos instruyan. Con esto, valiendose al mismo tiempo V. E. de su perspicacia en indagar las cosas, me prometo ha de persuadirse, que en esta Medalla estàn claros, Julia hija de Augusto Cesar, muger de Tiberio Cesar, y Druso Cesar hijo de Tiberio, y de Julia. Tambien quizàs confessarà V. E. que M. Agrippa, con quien primero estuvo casada Julia, no muriò en el año que dicen, sino que fuè contemporaneo de Tiberio. Confessarà asimismo V. E. que la misma Julia, no solamente igualò en dias à Tiberio Augusto su marido, sino que le sobreviviò. Quanto diste de la opinion comunmente recibida, todo esto, yà lo reconoce V. E. y el grande aprecio que los hombres eruditos deben hacer de las Medallas antiguas. De èstas solamente citarè aquellas que sean del caso.

XIII.

XIII. ΘΕΩ ΣΕΒΑΣΤΩ. *Divo Augusto.* Caesaris Augusti nudo capite sinistrorsùm converso. ΑΓΡΙΠΠΑΣ ΑΓΡΙΠΠΑ ΚΑΙ ΤΗΣ ΙΟΥΛΙΑΣ ΥΙΟΣ. *Agrippa Agrippae et Juliae filius.* Stat ipse togatus sinistrorsùm conversus, dextrâ demissâ, sinistrâ togam sustinente, et pectori compositâ. Ex aere mediocri, Massiliae, in Musaeo D. Rigord maritimarum rerum olìm inspectoris, et apud Havercampum, *Famil. Vipsania. Lam.* 1. N. 7.

Caesare Augusto post mortem consecrationis, ut nummi loquuntur, honores depasto, cusus est hic Agrippae, quem Posthumum vocant, nummus singularis. Alter non occurrit, qui Caesaris alterius simùl patrem cum matre appellet. Si vitâ functi fuissent istius Agrippae parens uterque, ecquis imprudens adeò vel insanus, ut eorum unius, Agrippae scilicet, quocum nullam necessitudinem; alterius verò, nempè Juliae, quacum odium capitale Tiberius exercuerat, nomen in nummis restitueret, Tiberio ad Reipublicae gubernacula sedente? Ad istius offensionem non demerendam, officinae monetali praefecti, praetermissis Agrippae et Ju-

XIII. ΘΕΩ ΣΕΒΑΣΤΩ. *Divo Augusto.* A Divo Augusto. La cabeza de Cesar Augusto, sin adorno alguno, buelta àcia la izquierda.

ΑΓΡΙΠΠΑΣ ΑΓΡΙΠΠΑ ΚΑΙ ΤΗΣ ΙΟΥΛΙΑΣ ΥΙΟΣ. *Agrippa Agrippae, et Juliae filius.* Agrippa hijo de Agrippa, y de Julia. Este Principe en pie, vestido con la toga, buelto àcia la izquierda, con la mano derecha baxa, sosteniendo con la izquierda la toga en el pecho. Es de mediano bronce, y antiguamente se hallaba en Marsella en el Gavinete de Mr. Rigord, Inspector de Marina, y la trahe Havercampo in Famil. Vipsania. *Lam.* 1. *N.*7.

Esta Medalla singular de Agrippa, llamado Posthumo, fuè acuñada despues de haver desfrutado Cesar Augusto los honores de la Consagracion, segun dicen sus Medallas, que se siguieron à su muerte. No he descubierto otra, que tenga el nombre de otro Cesar juntamente con el de su Padre, y de su Madre. Si huvieran muerto ambos Padres de este Agrippa, quien sería tan imprudente, ò loco, que ocupando Tiberio el Govierno de la Republica, se atreviesse à restituir en las Medallas el nombre de Agrippa, con quien no tenia parentesco alguno Tiberio; ò de Julia, à quien tuvo un odio capital? Los Directores de la Casa de la Moneda

da

Juliae nominibus, non dixissent Agrippam *Divi Augusti filium*, ΘΕΟΥ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΥΙΟΝ, quemadmodùm Caesare Augusto vivente Caïum et Lucium Agrippae fratres natu majores *Augusti filios* dixerant? Julia, quae post obitum inter Divos relata est, *Divae*, ΘΕΑΣ denominationem in hoc numismate non obtineret? Itaque Tiberii sub principatu cum Agrippae Juniori fuerit honorificum M. Vipsanii Agrippae et Juliae dici filius, utrumque parentem, M. Agrippam et Juliam, necesse est tunc temporis vitam vixisse, et summo apud omnes honore ac pretio.

XIV. Sunt Caesaris Augusti inter Divos adscripti, et M. Vipsanii Agrippae numismata duo partis aversae typo, inscriptione, formâ omninò similia. Sunt etiàm Divi ejusdem Caesaris Augusti, Juliae Augustae, Tiberii Caesaris Augusti cum eodem pariter typo, et eadem cum epigraphe, in Hispaniarum Municipiis et Coloniis signata.

DIVVS AVGVSTVS PATER. Capite radiato sinistrorsùm converso.

PRO-

da para no incurrir en ſu indignacion, omitiendo los nombres de Agrippa, y de Julia, no huvieran dicho de Agrippa, que era hijo de Auguſto, *Divi Auguſti filius.* ΘΕΟΥ ϹΕΒΑϹΤΟΥ ΥΙΟϹ, aſsi como viviendo Ceſar llamaron à Cayo, y à Lucio, hermanos mayores de Agrippa, hijos de Auguſto *Auguſti filios*? Julia, à quien deſpues de ſu muerte dieron los honores de la conſagracion, no huviera obtenido en eſta Medalla el titulo de Diva, *Divae*, ΘΕΑϹ? De ſuerte, que haviendole ſervido de mucho honor à Agrippa el menor, reynando Tiberio, que le llamaſſen hijo de M. Vipſanio Agrippa, y de Julia, es preciſo que viviesſen ambos entonces, y fueſſen tenidos de todos en eſtimacion, y aprecio.

XIV. Dos Medallas hay de Ceſar Auguſto colocado entre los Dioſes, y de M. Vipſanio Agrippa enteramente ſemejantes en los reverſos, inſcripcion, y forma. Las hay tambien del miſmo Divo Ceſar Auguſto, Julia Auguſta, y Tiberio Ceſar Auguſto, con la miſma fabrica, y epigraphe acuñadas en los Municipios, y Colonias de Eſpaña.

DIVVS AVGVSTVS PATER. Divo Auguſto Padre. La cabeza de Auguſto con rayos, buelta à la izquierda.

PROVIDENT. *Providentia.* In area nummi, S C. *Senatûs Consulto.* Ara. Est ex aere mediocri, in Musaeo Ill. Medinae Sidoniae Ducis. *Lam.* 1. *N.* 8.

Alter similis apud D. Abbatem Sancti Lamberti in Stiria, per 'αποκοπὴν, habet PROVIDNT. pro PROVIDENT*ia.*

M AGRIPPA L F COS III. *Marcus Agrippa Lucii filius Consul tertiùm.* M. Agrippae caput coronâ rostratâ redimitum, dextrorsùm conversum.

PROVIDENT. In area nummi, S C. Ara. Ex aere mediocri, Matriti, in Musaeo D. Comitis de Saceda. *Lam.* 1. *N.* 9.

In alio simili numismate apud D. de Montreal, PROVIDNT. S C.

DIVVS AVGVSTVS PATER. Capite radiato sinistrorsùm converso.

MVN ITAL PERM AVG. *Municipium Italicense permissu Augusti.* Ara. Infra, PROVIDENT. *Providentia.* Ex aere mediocri, apud D. Vaillant, pag. 54. *Lam.* 1. *N.* 10.

DI-

PROVIDENT. *Providentia.* Providencia. En el campo, S C. *Senatûs Consulto.* Por orden del Senado. Una ara. Es de mediano bronce, y està en el Gavinete de el Ex.mo Señor Duque de Medina Sidonia. *Lam.* 1. *N.* 8.

Otra semejante tiene Mr. el Abad de San Lamberto en Stiria, por abreviacion tiene PROVIDNT. en lugar de PROVIDENTIA.

M AGRIPPA L F COS III. *Marcus Agrippa Lucii filius Consul tertiùm.* Marco Agrippa hijo de Lucio Consul tercera vez. La cabeza de M. Agrippa con corona rostrada, mirando à la derecha.
PROVIDENT. Providencia. En el campo, S C. *Senatûs Consulto.* De orden del Senado. Una Ara. Es de mediano bronce, y la tiene en esta Corte en su Gavinete el Señor Conde de Saceda. *Lam.* 1. *N.* 9.

Otra semejante de Mr. de Montreal tiene PROVIDNT S C. Providencia. De orden de el Senado.

DIVVS AVGVSTVS PATER. Divo Augusto Padre. La cabeza de Augusto con corona de rayos, buelta à la izquierda.
MVN ITAL PERM AVG. *Municipium Italicense permissu Augusti.* El Municipio de Italica con licencia, y permiso de Augusto. Una

 ara.

DIVVS AVG PATER C A E. *Divus Augustus Pater Colonia Augusta Emerita.* Capite Augusti radiato dextrorsùm converso.
